





1768,9.  
No. 67.

S P E C I M E N  
C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M  
A D

I V L I A N V M

I N C A P . X X V I I I . D . D E V V L G A R . E T  
P V P I L L A R . S V B S T I T V T

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D . C H R I S T I A N O H E N R . B R E V N I N G

P R O F E S S O R . I V R . N A T . E T G E N T . P V B L I C . O R D I N .  
E T S O C I E T A T . L I T E R . D V I S B V R G .

S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X I I I . I A N . A N N O C I C I O C C L X V I I I .

P V B L I C E D E F E N D E T

I M A N V E L E H R E N F R I E D F R A N C K E

B I S C H O F S W E R D . M I S N I C .

---

L I P S I A E  
E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

SPICIMEN  
GOTHICIS  
CATALOGUS CONTOURNIUM  
LITERARUM  
IN CAPITULIS DEDICATORIIS ET  
PARVULARIIS SUBSTITUTIS  
HISTORIIS  
PRAEVARIADE  
D. CHRISTIANO HERIBRUDI  
LUDWIGSCHEM 1741 TAE 14 CIVITATIS GOTHICAE  
ET SOCIETATIS LITTERARUM HISTORICAE  
IN AUDITORIO FESTUO  
DIE XXII JUNI ANNO CCCCCLX  
TAMEN IN LIBRARIA SEPARATA  
MANAE EHRINGERI ET FRANCIS  
LIBERIA  
EX ORIGINALEM MUNICIPIUM



A D

## IULIANVM

IN CAP. XXVIII. D. DE VVLGAR. ET  
PVPILLAR. SVBSTITVT.

---

### §. I.

Captiui, qui saepius apud veteres Gentes, non ex gentium iure iudicabantur, sed ex moribus ciuitatum, ex quibus *serui* efficiebantur, Romanis occasionem dederunt, vt in iure varia de iis et statuerent et disputarent. Erat hoc eo magis necessarium, quo saepius contingebat continuis illis Romanorum bellis, vt ciues ab hostibus caperentur, siveque maximam capitis deminutionem patarentur. Sicuti vero facile eueniebat, vt, qui captiuitate seruus factus, vel libertate recuperata Romam rediret, vel in

A 2

serui-



seruitute detentus moreretur; ita et *postliminii ius*, et *Cornelia lex* prospiciebant. *Postliminii ius* haud tangere placet, de *L. Cornelia* tantum, quantum ad intelligendum *Iulianum* necesse videbitur.

### §. II.

Aetatem Latoremque huius legis ignorari forsitan ve-  
rius dicitur. Evidem multi sunt, inter quos **HEINNEC-**  
**CIVS** in *Histor. iur. L. I. §. LXXXII.*\* qui arbitrantur,  
hanc nostram Legem *Corneliam de captiuis* nullam aliam esse,  
quam caput Legis *Corneliae de falsis*, quae et *testamentaria*  
vocatur, sive origines *C. Sullae* debere. Sed quas proba-  
tiones adducunt, inter quas primaria haec est, quod *testamen-*  
*taria* quoque diceretur, ego quidem tantas non arbitrarer,  
vt huic opinioni subscriberem. Nam de testamentis *falsis*  
suppositisque ea lege actum fuisse possem concedere; sed  
quid falsum testamentum ad captiuorum ciuium Romanorum  
beneficia? Verior ergo est *Anton. AVGUSTINI de LL.* opinio,  
qui peculiarem legem fuisse arbitratur, cui  
quoque sententiae ad stipulatur **BACHIVS** in *Histor. iur.*  
*p. 175*, qui recte longe antiquiorem censet temporibus *Sullae*  
et ad tempora Punicorum bellorum refert. At quo anno,  
quo latore? Silent antiqua temporum monumenta.

### §. III.

Mitto *L. Corneliam*, quippe nobis satis erit scire, hac  
lege introductam fuisse fictionem, qua apud hostes in ca-  
ptiuitate seu seruitute demortuus ciuis fingebatur mortuus  
ante captiuitatem, cum adhuc in ciuitate esset, vt eius testa-  
mentum seruaretur. Potius pauca magis per paraphrasin dic-  
imus ad **IVLIANVM in cit. cap. XXVIII, n. de Vulg. et**  
*Pup. Subst.*

### §. III.




## §. IV.

Ait **IVLIANVS**: *Lex Cornelia, quae testamenta eorum, qui in hostium potestate deceperunt, confirmat, non solum ad hereditatem ipsorum, qui testamenta fecerunt, pertinet: Sed ad omnes hereditates, quae ad quemque ex eorum testamento pertinere potuerint, si in hostium potestatem non pervenissent.* Regulam haec continent verba, quae facilia in se, et exhibet effectum fictionis; confirmat scil. testamenta, quae capitis diminutione testatoris irrita facta fuerant. Iam pergit ad applicationem: *Quapropter, cum pater in hostium potestate deceperit, filio impubere relicto in ciuitate; et is intra tempus pubertatis deceperit: hereditas ad substitutum pertinet, perinde ac si pater in hostium potestatem non pervenisset.* Nec haec quicquam difficultatis habent. Substitutio pupillaris in testamento patris facta confirmabatur Lege Cornelia, seu Lex Cornelia poterat quoque applicari ad Substitutionem pupillarem, sed hac specie, si pater in captiuitate mortuus, filius vero in ciuitate. Nec hoc mirum, quippe substitutio pupillaris pars est testamenti patris.

## §. V.

Iam vero adiicit exceptions, quod verbum *Sed* indicat. Sic enim pergit **IVLIANVS**; *Sed si pater in ciuitate deceperit, filius impubes apud hostes: si quidem mortuo patre filius in hostium potestatem pervenerit: NON COMMODE dicitur, hereditatem eius ex ea lege an substitutos pertinere?* Ita Florentiae scriptum. Signum interrogationis exhibent quidam libri editi. Haud quidem bene, nec opus hoc signo. Variant lectiones MStorum et librorum editorum. *Editio Glossata*, quae prodiit *Venetis Anno MCCCCCLXXVII.* et *Glossata*, quae *Lugduni per Hugonem a Porta Anno CLXXXII typis exscripta;* nec non HA-



LOANDRINA in qua est L. XXVI. exhibent NON IN-COMMODE quam lectionem probat Iul. PACIVS in Not. Marg. ad h. l. idque autoritate L. 10. §. 1. π. de Capt. et postlim. reuersi. At quidem ego apud Papinianum non inuenio, quo possim hanc defendere lectionem, quod dein vi-debimus.

### §. VI.

*Ant. FABER Coniecturar. L. III. Cap. IX.*, qui hanc legem coniunctam cum Papiniana sc. L. 10. §. 1. π. de Capt. explicare suscepit, Florentinam reprobat lectionem ob consequentia verba: *Si vero.* Sed haec verba, quae disiunctionem continent, non ad decisionem ipsam, sed ad facti speciem se- se referunt. Possunt enim diuersae esse species, quae tamen in decisione conueniunt. Consentit cum Fabro BACHOVIVS ad Treutlerum Vol. II. Disp. XI. th. 2. lit. g vulga-tamque lectionem Florentinae anteponit.

### §. VII.


Probo itaque Florentinam lectionem, et recte deque stricto iure, quod indicant verba IVLIANI Sabiniani, quae Schola antiquis strictisque legum antiquarum rationibus insi-stebat, non commode dici poterat, hereditatem filii mortuo patre capti ad substitutos ex ea lege pertinere. Nec dissen-tit PAPINIANVS in L. 10. §. 1. π. de capt. et postlim. *Si mortuo patre capiatur impubes institutus vel exheredatus, in promptu est dicere, legem Corneliam de tabulis secundis nihil lo-cutam, eius duntaxat personam demonstrasse, qui testamenti sactionem habuisset.* Duplex quasi testamentum seu duplices hereditates sunt, cum pater impuberi suo filio instituto postea pupillariter substituit. Ex primis tabulis heres est impubes, hic captus ab hostibus, moritur in captiuitate: secundae ergo tabulae sunt quae sunt in substitutione. In hac



hac ergo legi Corneliae locus esse non poterat, quippe fingi non poterat, statim mortuum antequam captus, ut testamentum seruarent. Ante enim impuberis captiuitatem iam ex testamento ipse heres impubes exiterat, et, si locus esse deberet legi Corneliae, cum substitutio ex iure patriae potestatis valeat, quo id iure affirmemus, cum pater inter hostes captiuus mortuus non sit. Applicaretur ergo fictio legis Corneliae testamento eius qui ciuus mortuus. Videtur ergo recte dixisse *Iulianus*, non commode eam hereditatem ad substitutos ex lege pertinere.

### S. VIII.

Sed ita forsitan sibi contrarius **IULIANVS** ipse et **PAPINIANVS**, Ille enim adfirmauerat in c. l. 28. in princ. legem Corneliam *ad omnes hereditates pertinere*, quae ad quemque ex eorum testamento pertinere potuissent, si in hostium potestatem non peruenissent. Sed saluus utique *Iulianus*; nam de eius dicit testamento et hereditate, qui apud hostes mortuus, sic de primo legis themate. At in nostro pater, qui testatus erat, qui substituerat, et ex cuius autoritate substitutio valebat, is non erat, qui inter hostes captiuus mortuus erat. Ad eorum enim testamenta, qui in ciuitate mortui lex Cornelia non pertinet. Neque **PAPINIANVS** in c. l. 10. contrarius, verba enim: *Plane captiui impuberis legitimam hereditatem per legem Corneliam deferri, quoniam verum est, ne impuberem quidem factionem testamenti habuisse, coniungenda cum anteposito themate, scil. quia hereditas ex lege Cornelia filii impuberis apud hostes mortui non pertinet ad substitutos, plane eandem tanquam legitimam impuberis proximis agnatis deferri, quia impubes testatum heredem alium habere non poterat, cum testamenti factionem non haberet.* Excusat autem amplius Practorem qui quidem substitutis utilem hoc



hoc themate concedebat actionem in hereditatem, cum scilicet per legem directam habere non possent, quod alienum non erat videlicet a modo iuris honorarii, quod toties a stricto iure recedebat, cum Praetor subsequeretur non minus (i. e. magis) patris, quam legis voluntatem. Sic **IVLIANVS** qui de stricto iure scriperat, vere a Papiniano in iure non dissentit, quamvis Praetor utile actione concessa a iure recedebat.

### §. IX.

Reliqua capitinis nostri verba facilia. Pergit **IVLIANVS**: *Si vero, viuo patre filius in hostium potestate perueniret: non existimo, legi Corneliae locum esse; quia non efficitur per eam scilicet legem: ut is, qui nulla bona in ciuitate reliquit, heredes habeat. Filius enim captiuus seu seruus patri cui mortuo heres existere non poterat, quippe fictio tunc mortuum cum caperetur, nihil efficeri poterat, cum pater adhuc viueret nec eo tempore de eius hereditate quaestio esset. Ad substitutos itaque filii impuberis hereditas, quam non habebat, quod ciuius non erat, peruenire non poterat. Quare, pergit, etiam si pubes filius viuo patre captus fuerit; deinde mortuo in ciuitate patre, in hostium potestate deceperit: patris hereditas ex lege duodecim tabularum, non filii ex lege Cornelia, ad agnatum proximum pertinet. Captiuus enim pro mortuo iam habendus viuo patre, locum non facit in successione.*

**T A N T U M** i. M. p. *ad hanc sententiam*

**ULB Halle**  
005 880 491

3



ND18





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

I V R I S C O N T R O V E R S V M

A D

V L I A N V M  
XVIII. D. DE VVLGAR. ET  
VPILLAR. SVBSTITVT

Q V O D

S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A  
P R A E S I D E

T I A N O H E N R . B R E V N I N G  
V R . N A T . E T G E N T . P V B L I C . O R D I N .  
C I E T A T . L I T E R . D V I S E V R G .  
S O C I O

A V D I T O R I O P E T R I N O

I . I A N . A N N O C I C I C C L X V I I I .

P V B L I C E D E F E N D E T

E H R E N F R I E D F R A N C K E  
B I S C H O F S W E R D . M I S N I C .

L I P S I A E  
F F I C I N A L A N G E N H E M I A .

1768,9.  
No. 67.